Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



et filiorum suorum necatores sine misericordia et
comestores viscerum hominum et devo
ratores sanguinis et auctores animarum
inauxiliatarum voluisti perdere a me
dio sacramento tuo per manus paren
tum nostrorum ut dignam perciperent pere
grinationem puerorum dei que tibi omnium
carior est terra. Sed et his tamquam hominibus
pepercisti et misisti antecessores exercitus
tui vespas ut illos paulatim extermi
narent. Non enim quia impotens eras
in bello subicere impios iustis aut bes
tiis sevis aut verbo duro simul extermi
nare. sed partibus iudicans dabas locum
penitentie non ignorans quoniam nequam
est natio illorum et naturalis malitia ip
sorum. Et quoniam non poterat mutari cogi
tatio cordis illorum in perpetuum. Semen
enim erat maledictum ab initio. nec
timens aliquem veniam dabas pec
catis illorum. Quis enim dicet tibi quid
fecisti? aut quis stabit contra iudicium
tuum? aut quis in conspectu tuo veniet
vindex iniquorum hominum. Aut quis
tibi imputabit si nationes perierint
quas tu fecisti? Nec enim alius est
deus quam tu cui cura est de omnibus.
Ut ostendas quoniam non iniuste iudi
cas iudicium. neque rex neque tyrannus
in conspectu tuo inquirent de his quos
perdidisti. Cum sis ergo iustus iuste
omnia disponis. ipsum quoque o
patrem qui non debet puniri condemp
nas et exterum estimas a tua virtute.
Virtus enim tua iustitie initium
est. et ob hoc quod omnium dominus es omni
bus te parcere facis. Virtutem enim os
tendis tu qui non crederis esse in vir
tute consummatus. Et hos qui te nesci
unt in audacia traducis. tu autem
dominator virtutis cum tranquillitate
iudicas. et cum magna reverentia
disponis nos. Subest enim tibi cum vo
lueris posse. Docuisti enim populum tu
um per talia opera quoniam oportet iustum esse

et humanum. et bone spei fecisti filios
tuos. quoniam iudicans das locum in pec
catis penitentie. Si enim inimicos
filiorum tuorum et debitos morti cum tanta
cruciasti attentione. et liberasti dans
tempus et locum per que possint muta
ri a malitia. cum quanta diligentia
iudicasti filios tuos quorum parentibus
iuramenta et conventiones dedisti bo
narum promissionum? Cum ergo nobis
disciplinam das inimicos nostros mul
tipliciter flagellas ut bonitatem tu
am cogitemus iudicantes. et cum
de nobis iudicatur speremus misericordiam
tuam. Unde et illis qui in vita sua
insensate et iniuste vixerunt per hec
que coluerunt dedisti summa tormen
ta. Etenim in erroris via diutius erra
verunt deos estimantes hec que in
animalibus sunt supervacua. Infanti
um insensatorum more viventes. Propter
hoc tamquam pueris insensatis iudicium
in derisum dedisti. Qui autem ludibriis
et increpationibus non sunt correcti dig
num dei iudicium experti sunt. In his
enim que patiebantur moleste fere
bant in quibus patientes indignabantur
per hec que putabant deos in ipsis cum
exterminarentur. videntes illum quem
olim negabant se nosse verum deum
agnoverunt. Propter quod et finis condempna
tionis eorum veniet super illos. XIIII.

Vani sunt autem omnes ho
mines in quibus non subest
scientia dei. et de his que vi
dentur bona non potuerunt intelligere
eum qui est. neque operibus attendentes
agnoverunt quis esset artifex. Sed aut
ignem aut spiritum aut citatum aerem
aut gyrum stellarum aut nimiam aquam
aut solem aut lunam rectores orbis
terrarum deos appellaverunt. Quorum si specie de
lectati deos putaverunt sciant quanto
his dominator eorum speciosior est. Speciei
enim generator hec omnia constituit. Aut